Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Sabæ martyris.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43699

Visual Library

to honorare vellet, fuit integrum planè & incorru- ptum, dormienti quam mortuo ſimilius, inuētum. Veſtes quoque omnes, quibus fuerat inuolutum, prorsùs inuiolatæ priſtino candore nitebant. Locus autem ipſe innumeris miraculis celebris, fuit Ethelbaldi regis beneficio (cui Guthlacus poſt mortem apparuiſſe fertur) nouæ eccleſiæ fabrica decoratus, & multis ædificijs atque ornamentis (ad conſolationem eorum qui Guthlaci veſtigijs inſiſtentes Chriſto eo in loco militare cupiebant) auctus ac illuſtratus.

Corpus eius poſt obitū integrum inuentum.

VITA ET MARTYRIVM S. SABAE Gotthi. ex ea quæ eſt per Eccleſiam Gotthiæ conſcripta, habeturq; apud Metaphraſten. Paſſus eſt anno Domini trecenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

SAnctus Sabas martyr Chriſti eximius, in Gotthia oriundus, vitam in medio generationis prauæ atque peruerſæ ita ab omni contagione peccati illibatam duxit, vt inſtar clariſſimæ ſtellæ in mundo fulgeret. Neque enim ſemel ſed ſæpè, ante quàm pro fide martyrio coronaretur, re ipſa ſe-pſum veræ pietatis acerrimum defenſorem oſten-dit. Cùm enim Gotthiæ principes & magiſtratus hriſtianæ fidei cultores ad nefaria ſacra, quæ dijs orum immolata erant, edenda cogerent; & Genti-es quidam conſilium inijſſent, vt pro immolatis, uæ immolata non erant, Chriſtianis ſuis propin-uis proponerent; quo ab imminenti mortis peri-ulo eos eriperent; Sabas non ſolùm ipſe vetitos ci-os comedere recuſauit, ſed in medium proſiliens oce libera & conſtāti proteſtatus eſt omnibus, qui carnibus illis comederent, veros ſyncerosque hriſtianos non eſſe. Hac de cauſa, qui fraudē mo-

12. Aprilis.

Genus Sabæ.

Syncerita s. viri.

liebantur, eum ex illo vico repulerunt: ſed poſt
tamen, ceſſante nonnihil perſecutione, reuocaru

Cæterum cùm rurſùs noua perſecutionis p
cella intonaret, & quidam ex eiuſdem vici genti
bus victimas dæmonibus offerentes, iureiurádo
firmare vellent, neminem in vico ſuo Chriſtian
de imbutum eſſe; Sabas magna cum fiducia i
Eximia S. viri conſtãtia.
in conſeſſum illorum prodiens. Nemo, inquit,
me iuret, ego enim Chriſtianus ſum. Denique
ſtante perſecutione præfati Gentiles, celatus
pinquis ſuis, vnicum ſe tantùm Chriſtianum i
eo habere affirmarunt. Hic erat beatus Sabas d
ius dignitate & diuitijs, quibus ſiccis faucibus
abat, Præfectus, cùm multa ſtudioſè admodùm
Contemnitur à iudice propter paupertatem.
cunctatus eſſet, eumq́ue propter Chriſti amo
omnibus nudatum bonis ſponte ſua intelle
contempſit eum vir iniquus: atque hoc mod
ctum liberum abire permiſit.

Poſt auté cùm perſecutionis furor quotidi
gis magiſq́ue inualeſceret, Sabas ad Sanſalam
gni pietate ac religione presbyterum ſe contu
Sanctus dies Paſchæ.
cum eo diem illum, qui ingenti Chriſtianoru
titia in memoriam Chriſti à mortuis ſuſcita
tur, celebraret. Cæterum tertia poſt celebratu
Atharidus Rhoteſti reguli filius Sabam crudeliter tractat.
nocte, eccè ex impiorum decreto Atharidus R
ſti reguli filius, cum magna latronum manu
gum irruit, & ſacerdotem è lectulo vinctum
cit: Sabam verò planè nudum per denſos ſpi
aculeos raptat, & fuſtibus ac flagellis crud
mactat. Sed hæc hoſtium crudelitas non mod
iuſti conſtantiam non fregit, ſed fidem po
patientiam mirificè exercuit.

Mane enim facto Chriſti martyr in pœni
tans, fuit ab omni ſupplicij atrocitate illæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

uentus: adeò vt ſuis ipſe tortoribus inſultaret, & ineffabilem Chriſti ſui bonitatem ac potẽtiam prędicaret. Tùm verò carnifices cùm nullum omninò crudelitatis ſuæ veſtigium in carne eius extare cernerent, ſublatum axem vi magna humeris eius impoſuerunt, ac manus pedesq́ue extremis axis partibus alligarunt, multisq́ue iniurijs oneratum non priùs nouis nouisq́ue ſupplicijs fatigare deſtiterũt, quàm nimia laſſitudine oppreſſi in ſomnum laberentur. Illis autẽ alto ſopore depreſſis, mulier quædam ad miniſteria domûs ſuę euigilans eum ſoluit: ille verò ſolutus nequaquàm fuga ſalutem quæſiuit, ſed eodem in loco intrepidus permanens adiutrices manus piæ mulieri in opere ſuo tulit: & lætus ac gaudens nouas pro Chriſti nomine contumelias ac ſupplicia expectabat.

Immaniter torquetur.

Eius cõſtantia eximia.

Primo igitur diluculo crudelis Atharidus, re cognita vinctum manibus ad præcelſam domûs trabem ſuſpendi iuſſit, cibosq́ue idolis immolatos obtulit: quos vir ſanctus reſpuens, Quis, inquit, hæc nobis mittere præſumit? Impuri & profani ſunt iſti perditionis cibi, quemadmodum & ipſe Atharidus à quo miſſi ſunt. Hæc aliaq́ue illo loquente, vnus è ſeruis Atharidi ira inflãmatus, vas quoddam in ſancti viri pectus tanto cum impetu coniecit, vt omnes crederent ſtatim eum interiturum. Verum ille pietatis ſtudio vulneris dolorem ſuperans nullum omninò vel gemitus vel doloris ſignũ edidit.

Dolorẽ præ ardore pietatis nõ ſentit.

Quibus cognitis Atharidus iuſſit eum aquis ſuffocatũ, dimiſſo Sanſala presbytero, interfici. Tum verò iniquitatis miniſtri Saban ad fluuium qui Muſęus dicitur, pertraxerũt. Ipſe verò incredibili gaudio exultans Deum collaudabat atque ad martyrij palmã feſtinabat. Miniſtri autẽ cùm ad fluminis ri-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

pam ventum eſſet, perſpecta ſanctiſſimi viri in
centia liberum eum dimittere voluerunt, ſed
ne diutius præclara certaminis ſui corona frau
retur, ipſos hortari & vrgere cœpit, vt impe
perficerent. Eccè enim, dicebat, video qui me
ctant, vt præparatam à Deo iuſtitiæ coronam
ti imponant. Hęc dicentem & magnis vocibus
laudantem in flumen proiecerũt, aquisque ſuffo
runt. Adeptus eſt vir ſanctus præclaram hanc
tyrij palmam ætatis ſuæ trigeſimo octauo, p
Idus Aprilis, Valentiniano & Valente Impera
bus, Conſulatum gerentibus Modeſto & Arin

Suffocatur aquis S. martyr.

Poſt hæc ſacrũ corpus ab homicidis ex aqu
tractum feris & volucribus cæli obiectum fu
illæ ſceleratorum hominum impietatem dam
tes tacita quadam reuerentia illud proſecutæ
donec clariſſimus Dux Ioſſarinus fide & i
plenus, miſſis viris fide dignis, è loco barbaro
tiſſimas reliquias in Romaniam tranſtulit,
indè glorioſum fidei fructum precioſiſſimu
triæ ſuæ munus in Cappadociam tranſmiſit.

Dux Ioſſarinus reliquias eius cum honore excipit.

MARTYRIVM SS. IVSTINI PHI
*ſophi, Charitonis & ſociorum, qui Romæ pa
ex ijs quæ partim apud Ioachimum Perion
tim apud Metaphraſten. Surius habet Iuſtin
die, & 3. Id. Iunij. Vndè ſibi incertum eſſe d
ſit vnus idemq́; ſe in contrariam partem pr
rem eſſe oſtendit. Sed Baronius vnum & e
eſſe declarat, omnemq́; difficultatem ex auct
S. Epiphanij tollit. Vixit autem anno Domi
ſimo quinquageſimo: Antonini Pij duodec
quo & paſſus eſt Conſulibus Orfito & Priſc.*